



Cicerone

7<sup>^</sup> edizione

20/22 maggio 2004



**CITTÀ DI SANTA MARIA CAPUA VETERE**  
ASSESSORATO ALLA CULTURA

SECONDA UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI NAPOLI

Liceo Classico "C. Nevio"

Liceo Scientifico "E. Amaldi"

# CERTAMEN LATINUM CAPUANUM

VII Edizione

Premio  
"G. Caiati"

Premio  
"E. della Valle"



**20 - 22 MAGGIO 2004**

Per informazioni: Tel. 0823.813157 (Uff. Biblioteca)

## Il testo da tradurre

### VII CERTAMEN LATINUM CAPUANUM

Ante diem XII Kalendas Iunias

Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis quam ex eis rebus quae ab ipsa natura nobis ad vitae consuetudinem suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Carthaginienses fraudulentum et mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur. Ligures duri atque agrestes; docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa cultura et magno labore quaesitum. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine.

Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata est adrogantia, qua a maioribus nostris alterum Capua consulem postularunt, deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. Huc isti decemviri cum quinque milia colonorum ex lege Rulli deduxerint, centum decuriones, decem augures, sex pontifices constituerint, quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam in montibus positam et convallibus, cenaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, prae sua Capua planissimo in loco explicata ac praeclarissime sita irridebunt atque contemnent.

De Capua multum est et diu consultum; exstant litterae, Quirites, publicae, sunt senatus consulta complura. Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem rei publicae nullam reliquissent, nihil fore quod Capuam timeremus.

Itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs quae res eas quibus ager Campanus coleretur suppeditare posset, ut esset locus comportandis condendisque fructibus, ut aratores cultu agrorum defessi urbis domiciliis uterentur, idcirco illa aedificia non esse deleta.

Videte quantum intervallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt, hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris eandem Capuam sedem novae rei publicae constituunt, molem contra veterem rem publicam comparant.

Cicerone, *de lege agraria secunda*, 95-96; 88-89.

## La Commissione

prof. **Aldo Luisi** dell'Università di Bari

prof. **Arturo De Vivo** dell'Università di Napoli

prof. **Alessandra Romeo** della seconda Università di Napoli



**Alla prova parteciparono 78 studenti, di cui 71 per il Certamen, 4 per il premio “Della Valle” e 3 per il premio “Caiati”**

## **I vincitori**

**1° classificato: Aurelio Molaro – Liceo Ginnasio “Berchet” di Milano**

**2° classificato: Elisa Matone – Liceo Scientifico “A. Einstein” di Teramo**

**3° classificato: Giulia Donadio – Liceo Classico “Tasso” di Salerno**

### **Premio “Eugenio Della Valle”**

**Giuseppe Perconte Licatense – Liceo Classico “Nevio” di S. Maria Capua Vetere**

### **Premio “Giuseppe Caiati”**

**Francesco Iodice– Liceo Scientifico “Amaldi” di S. Maria Capua Vetere**





**2° classificato: Elisa Matone – Liceo Scientifico “A. Einstein” di Teramo**



**Giuseppe Perconte Licatense – Liceo Classico “Nevio” di S. Maria Capua Vetere**





**Francesco Iodice– Liceo Scientifico “Amaldi” di S. Maria Capua Vetere**

